Non possunt primi esse omnes omni in tempore.
Summum ad gradum cum claritatis veneris,
Consistes aegre et citius quam escendas cades.
Cecidi ego; cadet qui sequitur; laus est publica.

Versu 1. omni tempore omnes *G:* omni *in recentioribus editt. quibusdam excidit.* 3. $\overset{e}{a}$gere *G:* agere *M* et citius] nec citius *V.* quam escendas *scripsi:* quam descendas *GMV:* quam ascendas *P et Camerarius.* decides *P et Camerarius:* decidas, *sed corr.* decides, *G:* decidas *reliqui. Primus* cades *dedit Sanadonus.* Pontanus quidem ut versus constaret ita scripsit: *Consistes aegre et*, *quam descendas*, *decides* inducta *citius* voce. „Nam id solum", ait, „voluit Laberius, quod is qui ad summum claritatis gradum pervenerit, aegre consistet, imo quod, antequam descendere et locum cedere aliis cogitaverit, ruet." At istam equidem argutulam sententiam non omissione vocabuli ab omnibus libris monstrati, *citius*, non usurpatione simplicis *quam* pro eo q. e. *antequam,* redemerim. Iam alii Senecae verba comparaverunt: *Ad summum perducta rursus ad infimum, velocius quidem quam ascenderant, revelluntur.* Sed ex dittographia *ascendas* et *descendas* intelligere mihi videor, poetam neutrum scripsisse, sed *escendas,* quod huic loco convenit egregie. Igitur ut supra *necat* et *enecat*, *negare* et *denegare* respondent sibi, sic h. l. quod in libris est *decides* propter sequens quidem *cecidi* ferri posset, modo propter metrum posset.

---

5. Thyeſtes des Varius.

Nachtrag zu Jahrgang I, S. 106 ff.

Der Codex, ein Telleriano-Remensis von ehrwürdigem Alter, hat, wie ich aus Autopſie jetzt bezeugen kann, thyesten tragoedi*am* wirklich, nicht tragoedi*a*. Dann in sc*a*ena edidit. Daß man nicht Recht gethan, die handſchriftliche Lesart magna cura absolut*o*. post Actiacam victoriam Augusto anzutaſten, bemerkt richtig Welcker Gr. Tragöd. S. 1429.

Ein damals vermißtes Zeugniß über theatraliſche Spiele bei den dem Auguſtus zu Ehren veranſtalteten Feierlichkeiten finde ich jetzt in Scholl. Cruq. in der Einleitung zum Carmen Saeculare: Cum Augustus ab Actio superato Antonio esset victor reversus, *ludos scenicos* Romae celebravit in honorem Apollinis et Dianae, sed praecipue Apollinis, quod putaret se ab illo praecipue ſuisse defensum. Vgl. Franke Fastt. Horat. p. 164.

(S. 106. Note Z. 1. lies entgangen.)

F. W. Schneidewin.